DE CÆSURIS QUARTI ET QUINTI TROCHÆORUM HEXAMETRI APUD LATINOS POETAS CONIUNCTIS.

COMMENTATIO ACADEMICA,

QUAM

VENIA AMPLISSIMI ORDINIS PHILOSOPHORUM LUNDENSIUM
PRO GRADU PHILOSOPHICO

P. P.

CLEMENS CAVALLIN,

PHIL. LIC.

IN AUDITORIO VI A. D. VII ID. MAI. H. A. M. X.

(EX ACTIS SCHOLÆ NORRCOPENSIS).

NORRCOPIÆ
TYPIS EXSCRIPSIT CONSORTIUM ACTOR. DIURN. NORRCOP.
MDCCCXCVI.

PROLEGOMENA.

Poetas Romanos iterum iterumque pervolvens cum animadvertissem *verba amphibrachyn valentia* vel *duas cæsuras post trochæum incidentes coniunctas* in heroo et elegiaco versibus raro inveniri præterquam in clausula hexametri et in secundo pentametri hemistichio, commentatiunculam huius rei confeci. Quæ cuiusque poetæ exempla essent, enumeravi, ex prolatorum exemplorum numero statui, evitassetne poeta hoc genus necne.

Sed postea cogitanti mihi de hac re sæpenumero denique diluxit hanc rem multo difficiliorem esse iudicatu: duplicem enim, non simplicem esse et duabus causis quæ dicuntur efficientibus niti.

Namque ita probatum erit, utrum hoc genus data opera evitarit poeta necne, si demonstratum erit, primum quotiens altera cæsura post trochæum incidens apud eum inveniatur, deinde quotiens altera, tum e calculo quem dicunt probabilitatis repertum erit, quotiens verisimile sit ambas cæsuras coniunctas inveniri, denique cum verisimili numero verus erit comparatus: a probabili numero si verus numerus non multum abhorrebit, statuere licebit poetam hoc genus non data opera aut evitasse aut appetisse; sin valde abhorrebit, ita ut aut minor aliquanto sit aut maior verus numerus probabili, poetam hoc genus aut consulto respuisse apparebit aut præcipue probasse.

Ficto exemplo rem illustrabo. In versibus 1000 diremptus sit sermo post quintum trochæum quingenties, post quartum quadragesies. Si calculum probabilitatis inierimus, facile inveniemus verisimile esse has cæsuras vicies coniunctas esse. Sit verus numerus 20 vel paulo maior minorve, statuendum est hanc rem prorsus non curæ fuisse poetæ. Sit 30 aut 15, res in ambiguo est. Sit 40 aut 10, credere licet has cæsuras coniungere poetam aut studuisse aut noluisse. Sit 100 aut 4, tum vero pro certissimo statuere licet poetam hoc genus aut præcipue amasse aut summa cura evitasse.

Exsoluta hac tam laboriosa quæstione si credas rem plane pertractatam esse, fallaris. Nam nova quæstio nobis offertur, quomodo tractanda sint huiusmodi genera: si verbum monosyllabum breve ante vocem amphibrevem aut post eam collocatum est; si verbum monosyllabum breve aut duo huiusmodi verba ante verbum trochaicum aut post verbum iambicum collocata sunt, ita ut coniuncta hæc verba amphibrachyn valeant; si verbum amphibrachium

aut verba amphibrachyn æquantia cum proximo verbo aut cum proximis verbis elisione confunduntur aut si verba elisione coalita amphibrachyn valent; et quæ sunt eiusdem generis.

His tractatis multa restant. Et cetera suo quidque loco commentationis meæ tractabuntur. Sed de una re iam mentio facienda est. W. Meyer [1]) probare conatus est verba enclitica ut *que*, *ve*, *ne* interdum quasi sui iuris facta esse apud poetas romanos. Adversarium nactus est Lucianum Muellerum [2]). Et hæc quæstio solvenda est.

His intellectis tædium operis instituti me cepit. Neque enim mihi videbatur esse, cur de meis ipsius in re metrica quasi ruinis aliquid conscriberem. Quamvis dolerem me operam oleumque perdidisse, tamen constitui rem in medium relinquere facilioremque quæstionem tractandam suscipere.

Non multo post affertur mihi Birtii commentatio, quæ 'Ad historiam hexametri latini symbola' inscribitur, et invenio eum non minus incuriose quam me hanc rem egisse [3]). Tum vero mihi innata est nova cupiditas rei ad liquidum perducendæ. Rem suscepi tractandam laboriosam, spinosam.

Ne labor meus in immensum augeretur, quæstionem necesse fuit artis sane finibus circumscribere. Primum constitui hoc tantum examinare: *cæsuram hexametri post quintum trochæum incidentem cæsuræ quarti trochæi continuatam num poetæ Romani evitassent.*

Deinde decrevi non omnes omnium ætatum poetas eadem cura examinare sed accuratius eos qui liberæ reipublicæ temporibus et Augusto imperante florerent et quidem hos: Ennium, Lucilium, Lucretium, Ciceronem (astronomica), Catullum, Vergilium cum suis, Horatium, Tibullum cum suis, Propertium, Ovidium; tum Germanicum, Manilium, Gratium, Calpurnium, Lucanum, Persium, Valerium Flaccum, Silium Italicum, Juvenalem, Martialem; ceteros in præsentia relinquere.

Postremo rem criticam nisi ubi de rebus summi momenti agebatur non attingere sum coactus. Tamen Bæhrensius, vir haud indoctus hercle nec acuminis egens, cum ei 'Italorum' coniecturæ nauseam iramque summam moverent, tamen et ipse tanta multitudine correctionum editiones suas foedavit, ut mihi necesse fuerit cum cautione summa in iis versari.

Intelligo equidem multo meliorem et concinniorem futuram fuisse commentationem meam, si totam quæstionem, quæ est de coniunctis femineis cæsuris, omnibus numeris absolvissem et omnes poetas, qui suo quisque sæculo præstantissimi exstiterunt, quasi in iudicium vocassem eosque arte critica excussissem. 'Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus', et

---

[1]) Zur Geschichte des griechischen und des lateinischen Hexameters', pagg. 1452—1463. (Sitzungsberichte der Akad. der Wiss. zu München 1884)

[2]) 'De re metrica' Ed. II, pagg. 464 lin. 3 ab imo — 465 lin. 3 ab imo.

[3]) Pagg. 28 sqq.

pæne metui, ne numquam coeptum opus concludere mihi liceret, si equo meo quasi campum dedissem. Præterea ne te fugiat hoc qualicunque opusculo de ratione imprimis et via quæstionum metricarum agi et disputatione illa, quæ est de cæsuris trochaicis coniunctis, exemplo me usum esse.

Ne hoc vitium, o candide lector, tibi videaris amplissimam carpendæ commentationis meæ ansam nactus esse; neve in tanta rationum et numerorum, quos ecce, multitudine et turba si vitia erroresque nonnullos inveneris, immodice irascaris! Nam multum abest, ut mathematicorum disciplinam penitus perdidicerim, et hoc opusculum aliis curis intentus subsecivis temporibus conscripsi.

Restat, ut quibus editionibus usus sim edam.

Vahlen: Ennius.

Lachmann: Lucilius.

Bernays: Lucretius.

Paldamus: Vergilius.

Dillenburger: Horatius.

L. Mueller: Catullus, Tibullus cum suis, Propertius

Merkel: Ovidius.

Bæhrens: Poetæ latini minores (Cicero, Germanicus, Gratius, Consolatio ad Liviam, Appendix Vergiliana, Calpurnius).

Jacob: Manilius.

Weber: Lucanus.

Hermann: Persius, Juvenalis.

Bæhrens: Valerius Flaccus.

Bauer: Silius Italicus.

Gilbert: Martialis.

His præmonitis antequam ad rem transgrediar, de partitione verba mihi sunt facienda. Et mihi visum est commentationem meam in duas partes dividere.

In altera parte probabilis quem dixi numerus reperiendus est et cum vero numero comparandus.

In altera de iis, quæ in priore parte inventa erunt, et de iis rebus, quæ huc pertinent, est disputandum.

PRIOR PARS.

I. De cæsuris quinti quartique trochæorum.

Hæc tractatio in duas partes est dividenda:

A) In priore eos versus tractabo, ubi proxima cæsuris verba elisione non coalescunt.

a) De cæsura quinti trochæi.

Sunt hæc genera:

α) — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡, ◡ — ◡̄

Exemplum: Ov. Met. I. 17. 'Lucis egens aër. Nulli sua forma manebat'.

β) — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡, ◡, — ◡

Exemplum: Ov. Met. I. 2. 'Corpora. Di coeptis, nam vos mutastis et illa'.

γ) — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡̄◡ —, ◡, ◡ — ◡̄

Exemplum: Mart. VI. 11. 1. 'Quod non sit Pylades hoc tempore, non sit Orestes'.

δ) — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡̄◡ —, ◡, ◡, — ◡̄

Exemplum: Lucr. IV. 143. 'Dant in frangendo graviter, quod item fit in altis'.

α)

	Quot versus.	Quot exempla generis α.	Numerus proportionalis.
Ennius	530 fere	216	0,4
Lucilius	725 »	260	0,35
Lucretius	7393	3029	0,4
Cicero	575	175	0,3
Catullus	797	265	0,332
Vergilius. Bucolica	753	307	0,4
» Georgica	2187	787	0,36
» Æneis	9890	4161	0,42
Culex	414	133	0,32
Ætna	646	175	0,27
Ciris	541	196	0,36
Horatius. Satiræ I	1040	423	0,4
» » II	1083	443	0,4

	Quot versus.	Quot exempla generis α.	Numerus proportionalis.
Horatius. Epistulæ I	1006	407	0,4
» » II	962	372	0,38
Tibullus	709	339	0,478
Lib. I	404	185	0,46
Lib. II	214	109	0,5
Lib. IV	91	45	0,5
Lygdamus	145	68	0,47
Panegyricus ad Messalam	211	51	0,24
Propertius	1969	951	0,482
Lib. I	353	160	0,453
Libb. II, III	680	343	0,5
Lib. IV	495	230	0,4646
Lib. V	441	218	0,494

	Quot versus.	Quot exempla generis α.	Numerus propor-tionalis.
Ovidius	13506	6081	0,45
Amores	1254	650	0,51
Heroides	1640	863	0,52
Ars Amat. Rem. Am.	1572	795	0,5
Fasti	2484	1065	0,42
Tristia	1766	774	0,438
Epistulæ ex Ponto	1600	700	0,437
Metamorphoses I—IV	3190	1234	0,38
Consolatio ad Liviam	237	97	0,4
Germanicus	915	239	0,261
Manilius	4758	1475	0,31
Gratius	534	173	0,32
Calpurnius	758	268	0,353
Lucanus I—V	3832	1564	0,4
Persius	650	217	0,333
Valerius Flaccus	5592	1975	0,352
Silius Italicus I–X	7079	2704	0,38
Juvenalis	3837	1546	0,4
Martialis	3300	1670	0,5
Omnes poetæ	*76629*	*30688*	*0,4*

Ut res comparatione auctorum illustraretur, hanc confeci tabulam:

	Numerus propor-tionalis.
Ovidius Heroides	0,52
» Amores	0,51
» Ars Amat. Rem. Am.	0,5
Tibullus II, IV	
Propertius II, III	0,5
Martialis	
Propertius V	0,494
Propertius	0,482
Tibullus	0,478
Lygdamus	0,47
Propertius IV	0,4646
Tibullus I	0,46
Propertius I	0,453
Ovidius	0,45
» Tristia	0,438
» Epistulæ ex Ponto	0,437
» Fasti	0,42
Vergilius. Æneis	0,42
Omnes poetæ	*0,4*
Ennius	
Lucretius	
Vergilius. Bucolica	
Horatius. Satiræ I, II	
» Epistulæ I	0,4
Consolatio ad Liviam	
Lucanus	
Juvenalis	
Horatius. Epistulæ II	
Ovidius. Metamorphoses	0,38
Silius Italicus	
Vergilius. Georgica	0,36
Ciris	
Calpurnius	0,353
Valerius Flaccus	0,352

	Numerus proportionalis.
Lucilius	0,35
Persius	0,333
Catullus	0,332
Culex	0,32
Gratius	0,32
Manilius	0,31
Cicero	0,3
Ætna	0,27
Germanicus	0,261
Panegyricus ad Messalam	0,24 [1]

β)

	Exempla generis β.	Numerus proportionalis.
Ennius	10	0,0185
Lucilius	16	0,022
Lucretius	331	0,0448
Catullus	7	0,0087
Cicero	20	0,0348
Vergilius. Bucolica	32	0,0425
» Georgica	134	0,061
» Æneis	620	0,0626
Culex	35	0,0845
Ætna	26	0,04
Ciris	15	0,0277
Horatius. Satiræ I	49	0,0471
» » II	78	0,072
» Epistulæ I	69	0,0685
» » II	80	0,0831
Tibullus	46	0,065
Lygdamus	4	0,027
Panegyricus ad Messalam	13	0,061
Propertius	110	0,0563
Lib. I	11	0,031
Libb. II, III	32	0,0471
Lib. IV	32	0,0646
Lib. V	35	0,08
Ovidius	988	0,073
Amores	63	0,05
Heroides	121	0,0737
Ars Amat. Rem. Am.	99	0,063
Fasti	173	0,07
Tristia	154	0,0872
Epistulæ ex Ponto	132	0,0825
Metamorphoses I—IV	246	0,0771
Consolatio ad Liviam	21	0,088
Germanicus	59	0,0644
Manilius	411	0,0863
Gratius	27	0,05
Calpurnius	31	0,04
Lucanus I—V	288	0,0751
Persius	26	0,04
Valerius Flaccus	343	0,061
Silius Italicus I—X	460	0,065
Juvenalis	161	0,042
Martialis	156	0,0472
Omnes poetæ	*4662*	*0,06*

[1]) Apparet hoc genus apud elegiarum scriptores spissius inveniri quam apud ceteros.

	Numerus proportionalis.
Consolatio ad Liviam	0,088
Ovidius. Tristia	0,0872
Manilius	0,0863
Culex	0,0845
Horatius. Epistulæ II	0,0831
Ovidius. Epistulæ ex Ponto	0,0825
Propertius. Lib. V	0,08
Ovidius. Metamorphoses	0,0771
Lucanus	0,0751
Ovidius. Heroides	0,0737
Ovidius	0,073
Horatius. Satiræ II	0,072
Ovidius. Fasti	0,07
Horatius. Epistulæ I	0,0685
Tibullus Silius Italicus	0,065
Propertius. Lib. IV	0,0646
Germanicus	0,0644
Ovidius. Ars Amat. Rem. Am.	0,063
Vergilius. Æneis	0,0626
» Georgica	0,061

	Numerus proportionalis.
Panegyricus ad Messalam Valerius Flaccus	0,061
Omnes poetæ	*0,06*
Propertius	0,0563
Gratius Ovidius. Amores	0,05
Martialis	0,0472
Propertius. Libb. II, III Horatius. Satiræ I	0,0471
Lucretius	0,0448
Vergilius. Bucolica	0,0425
Juvenalis	0,042
Ætna Persius Calpurnius	0,04
Cicero	0,0348
Propertius. Lib. I	0,031
Ciris	0,0277
Lygdamus	0,027
Lucilius	0,022
Ennius	0,0185
Catullus	0,0087

Quod ad genera γ et δ attinet, tam rara sunt [1]) tantulique momenti, ut nil opus sit mihi omnia exempla enumerare.

Ut primum de γ genere disputem, apud *Lucretium* sunt 12 exempla, apud *Vergilium* 8, apud *Horatium* 24, apud *Juvenalem* 5, apud *Martialem* 3.

Apud ceteros aut prorsus desunt exempla aut sunt singula binave.

Genus δ multo rarius est. Ut apud *Lucretium* 4 exempla inveni, apud *Horatium* 2, apud *Vergilium* nullum.

---

[1]) Nec mirum; nam longe plerique poetæ Romani cæsuram masculam quinti pedis vel quasi seminonariam summa cura evitant.

b) De cæsura quarti trochæi

Sunt hæc genera:

α) — ⏖ — ⏖ — ⏖ — ⏑, ⏑ — ⏖ — ⏓

Exempla: Ov. Met. I. 55. 'Iussit, et humanas motura tonitrua mentes'.
» » » 401. 'Ponere duritiem coepere suumque rigorem'.

β) — ⏖ — ⏖ — ⏖ — ⏑, ⏑, — ⏖ — ⏓

Exempla: Ov. Met. I. 12. 'Nec circumfuso pendebat in aëre tellus'.
» » » 473. 'Læsit Apollineas traiecta per ossa medullas'.

γ) — ⏖ — ⏖ — ⏖ —, ⏑, ⏑ — ⏖ — ⏓

Exempla: Ov. Met. I. 213. 'Et deus humana lustro sub imagine terras'.
» » » 214. 'Longa mora est, quantum noxæ sit ubique repertum'.

δ) — ⏖ — ⏖ — ⏖ —, ⏑, ⏑, — ⏖ — ⏓

Exempla: Ov. Met. I. 254. 'Sed timuit, ne forte sacer tot ab ignibus æther'.
» » » 160. 'In faciem vertisse hominum. Sed et illa propago'.

	Quot exempla generis α.	Quot exempla generis β.	Quot exempla generis γ.	Quot exempla generis δ.
Ennius	21	3	1	0
Lucilius	8	2	1	3
Lucretius	62	30	34	5
Cicero	2	0	0	0
Catullus	3	1	1	0
Vergilius. Bucolica	22	9	1	0
» Georgica	63	11	8	1
» Æneis	279	97	35	6
Culex	9	4	3	0
Ætna	12	1	1	1
Ciris	9	7	1	0
Horatius. Satiræ I	20	5	2	0
» » II	29	2	5	0
» Epistulæ I	69	9	5	0
» » II	88	8	3	0
Tibullus	11	2	4	0
Lib. I	1	0	4	0
Lib. II	8	1	0	0
Lib. IV	2	1	0	0

	Quot exempla generis α.	Quot exempla generis β.	Quot exempla generis γ.	Quot exempla generis δ.
Lygdamus	0	0	0	0
Panegyricus ad Messalam	3	3	3	1
Propertius	65	10	14	0
Lib. I	5	0	1	0
Libb. II, III	17	3	9	0
Lib. IV	18	5	3	0
Lib. V	25	2	1	0
Ovidius	669	149	102	29
Amores	63	6	7	1
Heroides	98	18	16	2
Ars Amat. Rem. Am.	55 (50 + 5)	13 (12 + 1)	10 (8 + 2)	3 (3 + 0)
Fasti	143	27	12	6
Tristia	67	19	18	7
Epistulæ ex Ponto	67	17	13	2
Metamorphoses I—IV	176	49	26	8
Consolatio ad Liviam	17	6	0	0
Germanicus	18	4	3	0
Manilius	89	31	32	3
Gratius	36	3	2	0
Calpurnius	58	12	6	0
Lucanus I—V	83	43	4	4
Persius	32	9	1	1
Valerius Flaccus	191	57	14	6
Silius Italicus I—X	283	82	29	2
Juvenalis	124	20	11	8
Martialis	189	30	15	3
Omnes poetæ	*2564*	*650*	*341*	*73*

Intueare sodes in hos numeros, videbis, quot exempla generis α apud singulos poetas sint in centenis hexametris:

Lygdamus	0	Lucretius	0,83
Tibullus I	0,24	Lucilius	1,1
Cicero	0.34	Panegyricus ad Messalam }	1,4
Catullus	0,37	Propertius I }	

Tibullus	1,5	Propertius IV	3,6
Ciris	1,6	Tibullus II }	3,7
Manilius }	1,8	Ovidius. Tristia }	
Ætna }		Ennius	3,9
Horatius. Satiræ I	1,9	Silius Italicus	4
Germanicus	1,96	Ovidius. Epistulæ ex Ponto	4.1
Culex }	2,1	Ovidius	4,9
Lucanus }		» Amores }	5
Tibullus IV	2,2	Persius }	
Propertius II, III	2,5	Ovidius. Metamorphoses	5,5
Horatius. Satiræ II	2,6	Propertius V	5,6
Vergilius. Æneis	2,8	Ovidius. Fasti }	5,7
» Georgica	2,87	Martialis }	
» Bucolica	2,9	Ovidius. Heroides	6
Juvenalis	3,2	Gratius	6,7
Omnes poetæ	*3,3*	Horatius. Epistulæ I	6,8
Propertius	3,3	Consolatio ad Liviam	7,1
Valerius Flaccus	3,4	Calpurnius	7,6
Ovidius. Ars Amat. Rem. Am.	3,5	Horatius. Epistulæ II	9,1 [1]

Generis β sunt apud omnes poetas 0,84 exempla in centenis hexametris, generis γ 0,44, generis δ 0,095.

Plura de his generibus afferre supervacaneum est.

---

[1]) Pauca mihi de hac re disputare libet. Græcos scimus rarissime hexametros post quartum trochæum incidisse. Eandem regulam diligentissime observabat antiquissimus quisque Romanorum poetarum, excepto Ennio — incuria incertum an data opera —, Lucilius, Lucretius, Cicero, Catullus, præterea in primo quisque libro Tibullus, Propertius, Horatius. Sed in ceteris libris Tibullus, Propertius, Horatius et posteriorum longe plerique, quos quidem ego tractarim, hanc legem sæpe migrarunt, eam scilicet ob rem, ut varietatem clausulæ hexametri assequerentur. Nam Græcorum poetarum licentia hexametros plus trisyllabis vocibus claudendi relicta cum varietas clausulæ hexametri satis artis finibus circumcisa esset, hoc modo vincula poetæ rupere. Nonnulli tamen morositate et nimia diligentia insignes, quorum agmen ducit Lygdamus ille Tibullianus, et verba plus trisyllaba a clausula hexametri arcent pelluntque et cæsuram quarti trochæi evitant. (Vide Luc. Mueller l. l. 214 sqq., W. Meyer l. l. 1070—1071.)

Quando et a quo fracta est hæc lex antiquiorum? Qui in tabellam nostram erit intuitus, rem facile videbit. In primo libro Horatius itemque Tibullus Propertiusque legem observant, in ceteris libris magis magisque sæpe violant, Vergilii autem semper constans est et certa ars et in omnibus libris non paucæ inveniuntur huiusmodi cæsuræ et quidem in Bucolicis paulo plures quam in Georgicis et Æneide. Nonne apparet Vergilium hoc novasse (anno fere XLII ante Chr. n.), ceteros initio doctrinam ab antiquioribus traditam scholæque regulam mox Vergilii auctoritatem secutos esse?

B) In altera parte eos versus tractabo, ubi proxima cæsuris verba elisione coalescunt.

a) De elisione in quinto pede facta.

Sunt hæc genera:

α) — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡̄◡ — x[1]), ◡◡ — ⏓

Exempla: Prop. V. 7. 33. 'Hoc etiam grave erat nulla mercede hyacinthos'.
Lucr. III. 374. 'Nam cum multo sunt elementa minora animai'.

α') — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡̄◡ — x, ◡, ◡ — ⏓

Exempla: Val. Fl. VI. 734. 'Unum illum mihi fata diem, quo falli et Achivos'.
Hor. Ep. I. 6. 36. 'Scilicet uxorem cum dote fidemque et amicos'.

β) — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡ x, ◡ — ⏓

Exempla: Prop. I. 2. 23. 'Non illis studium volgo conquirere amantes'.
Verg. Georg. IV. 241. 'At suffire thymo cerasque recidere inanes'.

β') — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡ x, ◡, — ⏓

Exempla: Prop. I. 1. 23. 'Tunc ego crediderim vobis et sidera et amnes'.
Lucr. III. 612. 'Sed magis ire foras vestemque relinquere ut anguis'.

Ne quis omnium generum α β γ δ exemplorum computationem desideraret, hanc tabellam confeci.

	Quot exempla generum αβγδ in centenis hexametris.
Lygdamus	0
Cicero	0,34
Catullus	0,62
Tibullus I	1,2
Propertius I	1,6
Lucretius	1,7
Lucilius	1,9
Horatius. Satiræ I	2,6
» » II }	3,3
Tibullus IV }	
Vergilius. Georgica	3,7

	Quot exempla generum αβγδ in centenis hexametris.
Propertius II, III	4
Vergilius. Bucolica }	
« Æneis }	4,2
Tibullus II }	
Ennius }	4,7
Panegyricus ad Messalam }	
Propertius IV	5,2
» V	6,3
Horatius. Epistulæ I	8,2
» » II	12,9

Ceteros poetas enumerare opus esse non videtur. Nam, quod aiunt, sat sapienti.

[1]) x = elisa syllaba.

Quot sint apud singulos poetas singulorum generum exempla, ex hac tabula videbis.

	Quot exempla generis α.	Quot exempla generis α'.	Quot exempla generis β.	Quot exempla generis β'.	Mixtum genus.
Ennius	10	1	2	2	a + b 1
Lucilius	22	4	24	6	
Lucretius	100	17	121	80	
Cicero	1	0	4	0	
Catullus	2	1	19	7	
Vergilius. Bucolica	2	0	4	3	
» Georgica	3	0	10	12	
» Æneis	24	1	41	52	
Culex	0	0	1	2	
Ætna	1	0	2	5	
Ciris	3	0	6	2	
Horatius	30	5	25	18	
Tibullus	0	0	5	2	
Lygdamus	0	0	0	1	
Panegyricus ad Messalam	0	0	2	0	
Propertius	1	1	27	5	
Ovidius	2	0	40	26	
Consolatio ad Liviam	0	0	2	0	
Germanicus	0	0	2	1	
Manilius	0	0	9	32	
Gratius	0	0	0	1	
Calpurnius	0	0	0	0	
Lucanus I—V	0	0	2	3	
Persius	8	0	5	3	
Valerius Flaccus	9	1	15	17	
Silius Italicus I—X	6	0	44	38	
Juvenalis	23	0	0	5	
Martialis	0	0	1	1	
Omnes poetæ	*247*	*31*	*413*	*324*	

---

b) De elisione in quarto pede facta.

Sunt hæc genera:

α) — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡̄◡ — x, ◡, ◡ · ◡̄◡ ·· ◡̲

Exempla: Ov. Am. III. 5. 31. 'Dic age nocturnæ quicunque es imaginis augur'.
Ov. Her. 8. 107. 'Nox ubi me thalamis ululantem et acerba gementem'.

α') — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡̄◡ — x, ◡, ◡, — ◡̄◡ — ◡̲

Exempla: Persius 2. 8. 'Mens bona, fama, fides, hæc clare et ut audiat hospes'.
Ennius 104. 'Confrictique oleo lentati et ad arma parati'.

α'') — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡̄◡ —, x, ◡ ◡ — ◡̄◡ — ◡̲

Exemplum: Verg. Æn. I. 455. 'Artificumque manus inter se operumque laborem'.

β) — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡ x, ◡ — ◡̄◡ — ◡̄

Exempla: Ov. Met. I. 20. 'Mollia cum duris sine pondere habentia pondus'.
Silius II. 43. 'Spirantem credas certamina anhela movere'.

β') — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡ x, ◡, — ◡̄◡ — ◡̲

Exempla: Ov. Tr. III. 2. 9. 'Quique fugax rerum securaque in otia natus'.
Ov. Her. 12. 63. 'Disiectamque comas adversaque in ora iacentem'.

β'') ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡̄◡ —, ◡ x, ◡ — ◡̄◡ — ◡̲

Exempla: Ov. Met. I. 87. 'Sic modo quæ fuerat rudis et sine imagine tellus'.
Ov. Tr. II. 365. 'Lesbia quid docuit Sappho nisi amare puellas'.

β''') — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡̄◡ —, ◡ x, ◡, — ◡̄◡ — ◡̲

Exempla: Silius VII. 574. 'Nunc huc nunc illuc raptum mare et intonat undis'.
Ov. Her. 20. 3. 'Ut puto captasses iterum, nisi, ut ipse fateris'.

γ) — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡, ◡ x, — ◡̄◡ — ◡̲

Exempla: Ov. Her. 10. 19. 'Nunc huc nunc illuc et utroque sine ordine curro'.
Lucr. IV. 234. 'Accidere ad speciem quadrata nisi eius imago'.

γ') — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡̄◡ —, ◡, ◡ x, — ◡̄◡ ◡̲

Exempla: Juv. 15. 107. 'Zenonis præcepta monent nec enim omnia quædam'.
Silius II. 180. 'Heu demens Ithacique torum sed enim arte pudica'. [1])

Ad id genus, quod ultimum attuli, decem fere exempla, in quibus collocatum est *neque* ante *enim* vel *ego*, retuli. Nihil enim interest, *neque* legas an *nec*.

---

[1]) Copiose demonstrare possum, cur hæc potissimum elisionum genera constituerim. Sed ne longum sit, brevi præcidam.

Primum id quidem luce est clarius, huc non attinere ea exempla, in quibus arsis quarti pedis longa syllaba efficitur.

Deinde cui non apparet, quæ sit divisionis ratio?

Denique ne mireris me hæc genera et quæ sunt eiusdem generis hinc amovisse:

— (quarta tesis) x, ◡ ◡; — ◡ ◡ x, —; — ◡ ◡, x, —

— (quinta tesis) ◡ ◡ x, —; — ◡ ◡, x, —.

Neque enim quemquam fallere potest, hæc genera ad eam quæstionem, quam suscepi, prorsus nullius esse momenti.

Restat, ut quot cuiusque generis exempla sint, enarrem. Sed ad hanc tabulam antequam transeas, id te præmonitum velim, quod iam in exordio huius opusculi dixi, ne quæ non dubito quin sis inventurus vitia tibi nimiam iram moveant. Nam quamquam in hac una parte vel maximum laborem consumpsi, tamen haud dubito, quin interdum sim lapsus, cum præsertim summa cum sollicitudine curaque sæpius animadverterim huiusmodi exempla facillime oculos fallere et permulta illa genera quin interdum inter se confunderentur et commiscerentur vix fieri posse.

	Quot exempla generis α.	Quot exempla generis α'.	Quot exempla generis α''.	Quot exempla generis β.	Quot exempla generis β'.	Quot exempla generis β''.	Quot exempla generis β'''.	Quot exempla generis γ.	Quot exempla generis γ'.
Ennius	0	1	0	0	0	0	0	0	0
Lucilius	1	1	0	0	1	2	0	1	1
Lucretius	5	0	0	3	3	5	1	2	1
Cicero	0	0	0	0	0	0	0	0	0
Catullus	0	0	0	0	0	0	0	0	0
Vergilius. Bucolica	0	0	0	0	1	2	0	0	0
» Georgica	1	0	0	0	1	0	1	0	1
» Æneis	4	0	1	3	9	2	8	1	1
Culex	0	0	0	0	1	0	0	0	0
Ætna	0	0	0	0	0	0	0	1	0
Ciris	0	0	0	1	2	4	0	0	0
Horatius. Satiræ	4	0	0	0	1	0	0	1	0
» Epistulæ	3	0	1	0	1	1	3	0	0
Tibullus	0	0	0	0	0	2	1	0	0
Lygdamus / Panegyricus ad Messalam	0	0	0	0	0	0	0	0	0
Propertius	3	0	0	1	1	2	0	0	1
Ovidius	11	0	0	3	5	11	2	10	0
Amores	1	0	0	0	1	2	0	1	0
Heroides	2	0	0	1	2	1	1	3	0
Ars Amat. Rem. Am.	1	0	0	0	0	0	0	2	0
Fasti	1	0	0	0	0	2	0	0	0
Tristia	1	0	0	0	1	3	0	1	0
Epistulæ ex Ponto	0	0	0	0	0	0	1	1	0
Metamorphoses I—IV	5	0	0	2	1	3	0	2	0

	Quot exempla generis α.	Quot exempla generis α'.	Quot exampla generis α''.	Quot exempla generis β.	Quot exempla generis β'.	Quot exempla generis β''.	Quot exempla generis β'''.	Quot exempla generis γ.	Quot exempla generis γ'.
Consolatio ad Liviam	1	0	0	0	1	0	0	1	0
Germanicus	0	0	0	0	0	2	0	0	1
Manilius	5	0	0	1	2	1	0	0	0
Gratius	1	0	0	0	0	0	0	0	0
Calpurnius	0	0	0	0	0	0	0	0	0
Lucanus I—V	0	0	0	0	0	0	0	0	2
Persius	0	1	1	0	0	0	0	1	0
Valerius Flaccus	3	0	0	0	0	2	0	2	3
Silius Italicus I—X	15	0	0	2	5	0	1	0	1
Juvenalis	1	0	0	0	0	0	0	0	1
Martialis	0	0	0	0	0	0	0	0	0
Omnes poetæ	*58*	*3*	*3*	*14*	*34*	*36*	*17*	*20*	*13*

II. Coniunctarum quarti et quinti trochæorum cæsurarum exempla enumerabo.

A) Ea exempla, ubi non facta est elisio.

a) — ◡◡̄ — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡, ◡ — ◡, ◡ — ⏓

Exemplum: Prop. I. 20. 1. 'Hoc pro continuo te, Galle, *monemus* amore' [1]).

Ennius 6, 48, 113, 170, 252, 253, 510 .... *7 exempla.*

Lucilius 865 .... *1 exemplum.*

(Nam quod est v. 891 'illisque tibique simitu' coniectura nititur.)

Lucretius I. 57, 892; II. 130, 503; III. 190, 419: IV. 251, 260, 437, 439, 962; V. 46 .... *12 exempla.*

(v. I. 334 interpolatus est. v. VI. 220 Bernaysius coniectura *inusta* in contextum intulit.)

Cicero Fragm. III. 2 (de nat. deor. II. 104) .... *1 exemplum.*

Catullus 76. 1 .... *1 exemplum.*

Vergilius. Bucolica 1. 55; 3. 28, 42, 58; 5. 35; 6. 27, 32, 46; 7. 33; 10. 10 ... *10 exempla.*

» *Georgica* I. 118, 249, 325; II. 450; III. 23, 227, 519; IV. 7, 50, 182 *10 exempla.*

---

[1]) cfr. *IAaa* et *IAba*, pagg. 4 et 8.

Vergilius. *Æneis* I. 94, 113, 188, 477, 558, 749; II. 53, 193, 305, 379, 464, 469, 743; III. 395, 459; IV. 58, 123, 218, 335, 521, 559, 626, 651; V. 749 766, 871; VI. 140, 333, 366, 474, 818, 892; VII. 27, 84, 101, 126, 178, 180, 247, 470, 600, 665, 754; VIII. 34, 94, 189, 206, 433, 523; IX. 62, 386, 490, 750; X. 339; XI, 262, 328, 493, 739, 775; XII. 192, 382, 600, 833 ... *63 exempla.*

Culex ... *Nullum exemplum.*

(Nam v. 21 lectio *tuere* coniectura nititur.)

Ætna 97 ... *1 exemplum.*

Ciris 58, 279, 336, 348 ... *4 exempla.*

(vv. 12 et 361 Birtius et Bæhrensius verba amphibrachia in contextum intulere.)

Horatius. *Satiræ* I. 2. 39; 8. 17, 36, 50; 10. 27 ... *5 exempla.*

» » II. 2 . 22; 3 . 11, 140, 176, 203, 295; 4 . 69; 6 . 41; 8 . 17, 31, 53 *11 exempla.*

» *Epistulæ* I. 1. 20; 2. 44, 55; 3. 17; 5. 16, 27; 6. 55; 7. 12, 46, 72, 85, 94; 9. 4, 8; 14. 43; 16, 20; 17. 36; 18. 2, 31, 32, 44, 79, 86, 106; 19. 16; 20. 3 ... *26 exempla.*

» » II. 1. 11, 47, 126, 132, 171, 181, 199, 234; 2. 1, 19, 96, 126, 180, 196; 3. 11, 40, 87, 117, 120, 238, 251, 256, 278, 349, 356, 377, 380, 425, 466, 476 ... *30 exempla.*

Tibullus I. 9. 83; IV. 5. 15; 13. 13 ... *3 exempla.*

Lygdamus ... *Nullum exemplum.*

Panegyricus ad Messalam ... *Nullum exemplum.*

Propertius I. 5. 11; 20. 1; II. 4. 11; III. 6. 1; IV. 6. 19; 10. 35; 11. 17; V. 1. 25, 91, 139; 4. 37; 5. 63; 7. 61; 8. 1; 11. 29 ... *15 exempla.*

Ovidius. *Amores* I. 6. 67; 9. 31; II. 16. 15; 17. 15; III. 6. 9, 93 ... *6 exempla.*

» *Heroides* 7. 193; 8. 45; 18. 135, 197; 19. 233 ... *5 exempla.*

» *Ars Amat.* I. 613; II. 55, 249 ... *3 exempla.*

» *Rem. Am.* ... *Nullum exemplum.*

» *Fasti* II. 629; III. 681, 755; V. 51; VI. 47 ... *5 exempla.*

» *Tristia* II. 481; III. 1. 81; 10. 55; IV. 8. 35; V. 10. 47 ... *5 exempla.*

» *Epistulæ ex Ponto* I. 3. 73; III. 3. 35; 4. 95; IV. 10. 27; 12. 1, 23 *6 exempla.*

» *Metamorphoses* I—IV. I. 50, 401, 589, 659, 752, 755; II. 87, 442, 450, 619, 811; III. 148, 279, 338, 395, 552, 616, 713; IV. 482, 552, 766 ... *21 exempla.*

Ovidius ... *51 exempla.*

Consolatio ad Liviam 5, 149, 207, 239, 315, 333, 349 ... *7 exempla.*

Germanicus ... *Nullum exemplum*

Manilius I. 485, 763, 815, 847; II. 79, 377, 520, 576, 911; III. 142; V. 553 ... *11 exempla.*

(v. I. 854 lectio *minantur* coniectura nititur.)

Gratius 223, 242, 286, 302, 325, 406 ... *6 exempla.*

Calpurnius 1. 44; 2. 39, 96; 3. 12, 13; 4. 1, 57; 5. 1, 3, 17, 18, 38, 83 ... *13 exempla.*

(v. 5. 17 incertus est. Cfr. Luc. Mueller d. r. m. 251, lin. 6 ab imo.)

Lucanus I—V. II. 685; IV. 236; V. 440 ... *3 exempla.*

Persius 1. 15; 2. 41, 43; 3. 86, 104; 4. 8; 5. 3, 17; 6. 66 ... *9 exempla.*

Valerius Flaccus I. 254, 350, 442, 487, 755, 845; II. 14, 33, 123, 492; III. 42, 120, 273, 370, 486, 702; IV. 654, 655; V. 100, 154, 575, 650; VI. 42, 108, 506, 655; VII. 23, 407; VIII. 18, 46, 86 ... *31 exempla.*

(v. IV. 734 Bæhrensius huiusmodi exemplum confinxit.)

Silius Italicus I—X. I. 13, 37, 133, 180, 262, 303, 500, 578, 601, 604, 632; II. 31, 242, 269, 309, 357, 421, 431, 569, 690; III. 37, 68, 89, 165, 199, 214, 359, 459, 567, 575, 582, 602, 625, 684; IV. 59, 121, 210, 361, 364, 369, 376, 399, 433, 533, 613; V. 163, 228, 266; VI. 252, 254, 256, 292, 319, 365, 395, 445, 528, 611, 623; VII. 8, 199, 228, 283, 316, 384, 427, 631, 642, 687, 732; VIII. 47, 113, 120, 415, 486, 499, 507, 520, 572; IX. 187, 294, 345, 559, 652; X. 23, 315, 525, 536, 651 ... *89 exempla.*

Juvenalis 1. 128; 2. 14, 54; 3. 188; 4. 80, 113; 6. 251, 532; 8. 72; 13. 85; 14. 282 *11 exempla.*

Martialis Lib. de spect. 4. 3; 14. 3; 17. 3; I. 14. 1; 20. 3; 31. 7; 57. 3; 62. 5; 71. 3; 76. 9; II. 22. 1; 30. 3; 88. 1; III. 40. 3; 68. 5; IV. 15. 5; 24. 1; 31. 1; 53. 5; V. 10. 9; 53. 1; VI. 11. 3, 5; 34. 5; 35. 5; 83. 1; 84. 1; VII. 2. 7; 14. 3; 29. 3; 35. 5; 84. 1; 87. 3; VIII. 26. 5; 33. 9; IX. 3. 11; 14. 1; 26. 3; 29. 1, 7, 11; 48. 7; 60. 5; 66. 1; 67. 5; 71. 9; 73. 9; 103. 5; X. 51. 7; 58. 11; 81. 3; 82. 7; 95. 1; XI. 2. 1; 8. 9; 30. 1; 56. 7; 70. 3, 5; 90. 7; 104. 15; XII. 11. 7; 17. 7; 38. 1; 44. 5; 48. 17; 62. 15; 64. 1; 72. 1, 5; 94. 3; 96. 1, 3; XIII. 14. 1; 107. 1; 115. 1; XIV. 1. 11 ... *77 exempla.*

---

b) — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡, ◡ — ◡, ◡, — ◡̲

Exemplum: Sil. Ital. IV. 143. 'Incurrunt acies magnoque *fragore per* æquor'. [1]

Ennius 498 ... *1 exemplum.*

Lucilius ... *Nullum exemplum.*

Lucretius IV. 32 ... *1 exemplum.*

---

[1]) Cfr. *IAaβ* et *IAba*, pagg. 4 et 8.

Cicero *Catullus* *Vergilius.* *Bucolica*	*Nullum exemplum.*
» *Georgica* III. 86	*1 exemplum.*
» *Æneis* II. 790; V. 517; VI. 167; VII. 45, 118; VIII. 229; IX. 704; XI. 710	*8 exempla.*
Culex 67	*1 exemplum.*
(Hic locus incertus est.)	
Ætna *Ciris*	*Nullum exemplum.*
Horatius. *Satiræ* I. 4. 23; 8. 9	*2 exempla.*
» » II. 3. 54	*1 exemplum.*
» *Epistulæ* I. 2. 47; 12. 17	*2 exempla.*
» » II. 1. 189, 254; 3. 56, 114, 154, 200, 237, 255, 265, 313, 384, 388	*12 exempla.*
Tibullus *Lygdamus* *Panegyricus ad Messalam*	*Nullum exemplum.*
Propertius IV. 1. 7; 24. 11	*2 exempla.*
Ovidius. *Amores*	*Nullum exemplum.*
» *Heroides* 6. 95	*1 exemplum.*
» *Ars Amat., Rem. Am.* » *Fasti* » *Tristia* » *Epistulæ ex Ponto*	*Nullum exemplum.*
» *Metamorphoses* I—IV. I. 66; III. 586, 680; IV. 719	*4 exempla.*
Ovidius	*5 exempla.*
Consolatio ad Liviam 151, 431	*2 exempla.*
Germanicus 475, 578, Fragm. IV. 72	*3 exempla.*
Manilius I. 411, 548, 581; III. 396, 634, 656; IV. 580, 607; V. 35	*9 exempla.*
(v. IV. 798 lectio *in arces* coniectura nititur.)	
Gratius	*Nullum exemplum.*
Calpurnius 2. 3; 4. 95	*2 exempla.*
Lucanus II. 390	*1 exemplum.*
Persius 3. 72, 117	*2 exempla.*
Valerius Flaccus I. 208; III. 339; V. 420; VI. 498, 615; VII. 287, 395; VIII. 188, 374	*9 exempla.*
(v. I. 680 Bæhrensius lectionem codicis V. *concede* in *colere* mutavit.)	

Silius Italicus II. 429, 449; IV. 143, 218, 275, 554; V. 180, 656; VI. 71, 229, 529: VII. 4, 42, 166; VIII. 207, 418, 590; IX. 464, 535 .... *19 exempla.*
Juvenalis 9. 18; 10. 353 .... *2 exempla.*
Martialis III. 19. 5; VI. 15. 1; 43. 7; 64. 25; VII. 82. 3; 99. 3; VIII. 32. 1; IX. 38. 3; 91. 1; 103. 7; X. 101. 1; XII. 47. 1; 60. 3; XIII. 84. 1 ... *14 exempla.*

---

c) — ⏖ — ⏖ — ⏖ — ◡, ◡, — ◡, ◡ — ◡

Exemplum: Prop. III. 13. 15. 'Ossa tibi iuro per matris *et ossa* parentis'. [1])

Ennius .... *Nullum exemplum.*
Lucilius 452 .... *1 exemplum.*
Lucretius III. 65; IV. 615; V. 260 .... *3 exempla.*
Cicero
Catullus
Vergilius. Bucolica
» *Georgica* } .... *Nullum exemplum.*
» *Æneis* I. 658, 725; II. 33, 119; 151, 226, 530; III. 158, 531; IV. 101; V. 52, 55, 167, 820, 853; VI. 789; VII. 43, 289; VIII. 260, 390; IX. 75; X. 789, 906; XI. 296, 612, 637, 652; XII. 66, 235, 447, 472, 661 ... *32 exempla.*
Culex
Ætna } .... *Nullum exemplum.*
Ciris 164 .... *1 exemplum.*
Horatius. Satiræ I, II .... *Nullum exemplum.*
» *Epistulæ* I. 2. 12; 14. 10; 16. 57 .... *3 exempla.*
» » II. 1. 50, 187: 3. 16, 96 .... *4 exempla.*
Tibullus IV. 8. 3 .... *1 exemplum.*
Lygdamus
Panegyricus ad Messalam } .... *Nullum exemplum.*
Propertius III. 13. 15; 31. 13; IV. 10. 19; 12. 33 .... *4 exempla.*
Ovidius. Amores .... *Nullum exemplum.*
» *Heroides* 7. 99; 19. 5 .... *2 exempla.*
» *Ars Amat.* II. 271, 589; III. 769 .... *3 exempla.*
» *Rem. Am.* .... *Nullum exemplum.*
» *Fasti* IV. 487 .... *1 exemplum.*
» *Tristia* IV. 8. 41; V. 2. 3 .... *2 exempla.*

---

[1]) Cfr. *IAaα* et *IAbβ*, pagg. 4 et 8.

Ovidius. *Epistulæ ex Ponto* IV. 5. 11 .... *1 exemplum.*
» *Metamorphoses* I. 473; III. 554; IV. 475 .... *3 exempla.*
Ovidius .... *12 exempla.*
Consolatio ad Liviam 153 .... *1 exemplum.*
Germanicus .... *Nullum exemplum.*
Manilius V. 92 .... *1 exemplum.*
Gratius .... *Nullum exemplum.*
Calpurnius 4. 43; 7. 37 .... *2 exempla.*
Lucanus III. 293; IV. 719 .... *2 exempla.*
(v. IV. 719 incertus est.)
Persius .... *Nullum exemplum.*
Valerius Flaccus V. 128; VI. 529 .... *2 exempla.*
Silius Italicus I. 476; II. 200; III. 66; IV. 293, 486, 744; V. 486; VI. 185, 282, 586; VII. 156, 172; VIII. 247; IX. 505, 555; X 463 .... *16 exempla.*
Juvenalis 10. 307 .... *1 exemplum.*
Martialis I. 100. 1; III. 4. 3; IV. 78. 3; VI. 25. 3; VII. 18. 7; 68. 3; 71. 1; VIII. 56. 19; XI. 55. 7; 83. 1; XII. 3. 1 .... *11 exempla.*

---

d) — ⏖ — ⏖ — ⏖ —, ⏑, ⏑ — ⏑, ⏑ — ⏑

Exemplum: Sil. Ital. IV. 146. 'It sonipes rapidaque volans *per aperta* procella'. [1])

Ennius 40 .... *1 exemplum.*
Lucilius .... *Nullum exemplum.*
Lucretius I. 369, 426, 439, 507, 520, 954, 1018, 1095, 1100; II. 65, 96, 105, 109, 115, 116, 217, 222, 226, 238, 1095; III. 17, 27, 990; IV. 893; VI. 838 *25 exempla.*
(v. I. 1074 lectio *quod inane* coniectura nititur.)
Cicero
Catullus } .... *Nullum exemplum.*
Vergilius. *Bucolica* 6. 31 .... *1 exemplum.*
» *Georgica* I. 393; III. 50 .... *2 exempla.*
» *Æneis* I. 10; II. 724; III. 406; IV. 52, 132, 458; V. 5, 734; VI. 507, 633, 638; VII. 769; IX. 360; XII. 354, 630, 906 .... *16 exempla.*
Culex 103 .... *1 exemplum.*
Ætna .... *Nullum exemplum.*
(v. 639 huiusmodi exemplum coniectura in contextum intulit Bæhrensius.)

---

[1]) Cfr. *IAaα* et *IAbγ*, pagg. 4 et 8.

Ciris 262 .... *1 exemplum.*
Horatius. *Satiræ* I. .... *Nullum exemplum.*
» » II. 1. 35; 3. 193; 4. 94 .... *3 exempla.*
» *Epistulæ* I. 2. 26; 6. 66; 7. 8 .... *3 exempla.*
» » II. .... *Nullum exemplum.*
Tibullus I. 1. 71; 4. 61; 9. 39 .... *3 exempla.*
Lygdamus / *Panegyricus ad Messalam* .... *Nullum exemplum.*
Propertius I. 9. 5; II. 3. 39; 4. 5; III. 7. 27; 19. 3; 20. 27; 32. 3; IV. 8. 23; 20. 17 *9 exempla.*
Ovidius. *Amores* I. 10. 31; II. 9. 23; III. 4. 27; 6. 23; 14. 39 .... *5 exempla.*
» *Heroides* 5. 77; 9. 29; 16. 137, 199; 17. 3, 83 .... *6 exempla.*
» *Ars Amat.* I. 173, 471, 533; II, 519 .... *4 exempla.*
» *Rem. Am.* 619 .... *1 exemplum.*
» *Fasti* II. 5; V. 463 .... *2 exempla.*
» *Tristia* II. 285, 357, 469; III. 5. 37; IV. 10. 51; V. 3. 21; 14. 41 .... *7 exempla.*
» *Epistulæ ex Ponto* I. 6. 13; II. 8. 9; 9. 21; IV. 9. 109; 12. 21 .... *5 exempla.*
» *Metamorphoses* I. 214, 517; III. 245, 468; IV. 718, 760, 772 .... *7 exempla.*
Ovidius .... *37 exempla.*
Consolatio ad Liviam .... *Nullum exemplum.*
Germanicus 406 .... *1 exemplum.*
Manilius I. 347; II. 405, 555, 619, 653; III. 156; IV. 20, 157, 290; V. 111, 156, 535 *12 exempla.*
Gratius 158 .... *1 exemplum.*
Calpurnius 1. 70; 4. 11 .... *2 exempla.*
Lucanus .... *Nullum exemplum.*
Persius 1. 129 .... *1 exemplum.*
Valerius Flaccus I. 843; II. 355; V. 109, 481; VIII. 390 .... *5 exempla.*
Silius Italicus IV. 146, 825; V. 167; VI. 248; VIII. 366, 556; X. 151 .... *7 exempla.*
Juvenalis 6. 395; 14. 207, 226 .... *3 exempla.*
Martialis IV. 66. 17; IX. 53. 3; X. 96. 1; XI. 94. 1 .... *4 exempla.*

---

e) — ◡̄◡ — ◡̄◡ — ◡̄◡ —, ◡, ◡, — ◡, ◡ — ◡̲

Exemplum: Juv. 1. 104. 'Natus ad Euphraten, molles *quod in aure* fenestras'. [1])

Lucretius VI. 536 .... *1 exemplum.*
Vergilius. *Æneis* II. 389; VIII. 226 .... *2 exempla.*

[1]) Cfr. *IAaa* et *IAbb*, pagg. 4 et 8.

Panegyricus ad Messalam	0*	0,72*	0*	0,183*	0*	0,72*
Propertius	1,9*	1,96	0,225*	1,71	0*	1,2
Ovidius	3,9	7,1	2,8	34,8*	9	5,18
{ Amores	5,1	5,48	1*	2,15*	0,51*	3* }
{ Heroides	6,5	12,6	1,84	5,38*	0*	4,68 }
{ Ars Amat. Rem. Am.	5,5*	7,3	0,693*	2,77*	0*	2,16 }
{ Fasti	5,67	16,2	1,89*	8,12*	1,26*	10 }

*) Nullum exstat exemplum. Probabilem numerum attuli.

	Aa		*Ab*		*Ac*	
	Encl.	Non encl.	Encl.	Non encl.	Encl.	Non encl.
	Prob. num. : Ver. num. = ? : 1	Prob. num. : Ver. num. = ? : 1	Prob. num. : Ver. num. = ? : 1	Prob. num. : Ver. num. = ? : 1	Prob. num. : Ver. num. = ? : 1	Prob. num. : Ver. num. = ? : 1
Tristia	4,16	7	1,65*	4,18*	1,75	6,5
Epistulæ ex Ponto	3,27	5,6	1,23*	4,29*	0*	7,4
Metamorphoses	2,37	4,22	1,44	7,71*	4,56*	4,66
Consolatio ad Liviam	0,53	1,3	0,36*	0,57	0,8	1,6*
Germanicus	0,783*	3,9*	0,096	0,996	0*	1*
Manilius	1,46	4,34	0,47	1,61	4,34	5,27*
Gratius	1	6,4	0,8*	1*	0,32*	0,64*
Calpurnius	1,12	1,85	0,64	1,68	0,7*	1,76
Lucanus	4	21,2*	2,25	3,98*	2,8*	7,2
Persius	0,6	1,91	0,36	0,92	0,33*	2,66
Valerius Flaccus	1,3	4,5	0,89	2,09	3,87*	8
Silius Italicus	0,71	1,93	0,59	1,48	4,94*	1,63
Juvenalis	2	8,8	1,51	3,69	1,6*	6,4
Martialis	0,74	1,44	0,41	0,726	1	1,4
Omnes poetæ	*1,35*	*2,57*	*0,88*	*2,3*	*2,52*	*2,71*

Ex his tabulis apparet multo plura exempla generum *Aa* et *Ab* exstare in iis versibus, ubi cæsura quarti trochæi post encliticam vocem incidit, quam in ceteris. Ut vix crediderim encliticam vocem proprii verbi instar esse factam — quod si ita esset, nil fere interesset inter ea exempla generis *Ab*, ubi est enclitica vox, et generis *Ah* exempla, quod odio fuisse poetis supra (pag. 44) est demonstratum —, ita mihi persuasi, cum non tam arte iugatum esset verbum encliticum cum proximo, ut percipi non posset cæsura semiseptenaria, multos poetas licentiam coniunctarum cæsurarum additis encliticis vocibus quasi mitigasse et leniisse. Ut in genere *Ac* non multum discreparent numeri, eo effectum videtur, quod in hoc genere multo rarius adhibentur verba monosyllaba a consonanti litera quam a vocali incipientia. Nam in septem et nonaginta huius generis exemplis illud fit semel et tricies, hoc sexies et sexagies, i. e. duplo sæpius hoc fit quam illud.

Iam si ea exempla, ubi sunt encliticæ voces, omiserimus, videbimus non multum inter se differre hæc genera. Nam hi sunt numeri proportionales: *Aa* 2,57, *Ab* 2,3, *Ac* 2,71.

*) Nullum exstat exemplum. Probabilem numerum attuli.

Quod paululum discrepant *Aa* et *Ac*, haud scio, an casui sit attribuendum. At inter *Ab* et duo illa tantum interest, ut fortuna vix sit excusanda. Sed si rem paulo diligentius examinaverimus, inveniemus id proprium esse non omnium sed argenteæ maxime quæ dicitur ætatis poetarum, apud ceteros non multum differre hæc genera.

Et alia re probatur hæc genera eadem fere diligentia vitasse poetas. Inspiciamus numeros Propertianos, primum tabulæ *Aa* (pag. 27): II, III 4,25, IV 2,76, V 1,54 [1]); deinde tabulæ *Ab* (pag. 30): in ceteris libris nullùm exemplum, in quarto duo exempla et numerus proportionalis 0,58; denique tabulæ *Ac* (pag. 32): in libris II, III duo exempla et numerus proportionalis 0,75, in libro IV duo exempla et numerus proportionalis 1,16, in libro V nullum exemplum. Age, ex tribus generibus unum efficiamus: hi evadent numeri proportionales: II, III 2,7, IV 1,68, V 1,91. Nonne magis arrident hi numeri quam immane illi discrepantes? Multo plura exempla afferre possum; sed satis demonstratum inter hæc genera universa re spectata non multum interesse.

Ad cetera genera transgredior. De generibus *Af* et *Ak* (pagg. 22, 23) nil pro certo statuerim. Sed ea — ob cæsuram seminovenariam credo — non consulto vitasse videntur poetæ. Genus *Ag* (pag. 22) non dubito quin et ob coniunctas cæsuras et monosyllaba verba (cfr. *Ah* et *Ai*, pag. 44) odio fuerit poetis.

Restat, ut de iis generibus, in quibus facta est elisio, disputem.

Primum id quidem luce est clarius nil obstare elisionem, quin et quarti trochæi et quinti cæsuræ percipiantur in genere *Bbι* (pag. 26). In duobus exemplis, Luciliano et Ovidiano, cæsura quarti trochæi post *que* incidit. Poetæ igitur etiam cautius admisere hoc genus quam *Aa*. Nec mirum. Nam dimidia pars exemplorum generis *IBbγ* (pag. 14) apud Ovidium exstat, poetam in hac re vel fastidiosissimum. Quid de genere *Baβ* sit statuendum, cum et numeri sint perexigui et, quod unum exstat exemplum, apud Horatium inveniatur, quem coniunctas cæsuras non vitasse constat, plane ignoratur. Quamquam a genere *Bbι* non valde diversum esse debebat.

Deinde confitendum elisa ultima verbi syllaba percipi posse cæsuram post pænultimam syllabam incidentem. Quod in ita esset, non bene haberet ab arte hic versus: 'Condidit adsurgenti et multa morte recepit' (Verg. Æn. IX. 346). Quamquam non dubitandum, quin aliquatenus obscurata sit et minus fortis cæsura, ubi ante elisam syllabam quam ubi post solidum integrumque verbum incidat. Huc attinent genera *Baδ* (pag. 23), *Baε*, *Baϑ*, *Bbα*, *Bbβ* (pag. 24), *Bbγ*, *Bbδ*, *Bbε* (pag. 25), *Bcα* (pag. 26). De generibus *Bbα* et *Bbβ* infra disputabitur. Ceterorum hæc videntur vitasse poetæ: *Baδ*, *Baϑ*, *Bbδ*, *Bbε*. Quod non vitarunt *Bcα*, scilicet coniunctæ cæsuræ non facile percipiebantur, ubi obscuratæ erant ambæ elisione. Quod tam spissa sunt genera *Baε* et *Bbγ*, causa altius repetenda. Si omnia

---

[1]) Librum I, cum in alia causa sit atque ceteri, omitto.

hæc genera, septem numero, exegerimus, inveniemus apud Vergilium et Silium et duplo fere maiorem exemplorum copiam exstare quam apud omnes ceteros et numeros veros aut maiores esse probabilibus aut paulo minores. Quo concludere licet hos poetas cæsuram elisione obscuratam leviorem iudicasse, quam ut vitanda sibi essent hæc genera. Iam si a numeris generum *Bαε* et *Bbγ* horum poetarum numeros amoverimus, ceteros ferme hæc genera vitasse apparebit. Longe igitur plurimis poetis non magis placuere hæc genera quam *Aa*, *Ab*, *Ac*, Vergilio autem et Silio non displicuerunt, de nonnullis ut Lucretio non liquet. Restat, ut de generibus *Bbα* et *Bbβ* disputem. Genus *Bbβ*, cum unicum exemplum coniectura nitatur, vellem omisissem, et neglegentia factum est, ut in hunc numerum referrem. Genus *Bbα*, cum ex iis, quæ supra allata sunt, cæsuram semiseptenariam, licet obscuraretur elisione, tamen percipi potuisse appareat, facile intelligitur, cur minus rarum sit genere *Aa*, rarius genere *Aδ*.

Denique de genere *Baα* verba facienda. Apud antiquos tragoediarum et comoediarum scriptores posse cæsuram esse inter colliquescentes syllabas ostendit Ritschelius, quem secuti sunt plerique. Quod etiam apud poetas hexametro usos factum esse docuit Lachmannus, quam sententiam cum multi tum Guilelmus Meyer [1]) amplexus est, impugnavit Lucianus Mueller [2]). Non nostrum est tantas lites componere, cum præsertim hæc quæstio ad commentationem meam minimum habeat momenti. Tamen, si modo aliquid hinc concludere licet, videntur ægerrime admisisse poetæ genus *Baα* (pag. 23). At ne nimis mirere, tanto maiorem esse vero numero probabilem, cum 122 exempla generis *IBaα* (cfr. pag. 12), i. e. dimidia fere pars omnium exemplorum, inveniantur apud Lucilium et Lucretium, apud quos scimus cæsuram quarti trochæi admodum raram esse.

Iam ut ea, de quibus disputatum est, comprehendam, hæc fere inventa sunt:

1) In iis versibus, ubi est cæsura septenaria, coniunctæ cæsuræ plerumque non vitantur. (De *Ah* et *Ai* vid. infra.)

2) Genera *Aa*, *Ab*, *Ac* vitantur. Quod tantopere discrepant numeri proportionales horum generum, inde potissimum repetendum, quod multi poetæ legis exceptiones additis encliticis vocibus leniunt.

3) De generibus *Af* et *Ak* nil potest pro certo statui.

4) Genera *Ag*, *Ah*, *Ai* curiose vitant poetæ tamen non ob repetitas cæsuras sed ob aliam rem.

5) Eorum generum, ubi facta est elisio, — exceptis iis, ubi est cæsura semiseptenaria, quibus adnumerandum est genus *Bbα* (et *Bbβ*) — plura vitantur. Tamen nonnulli poetæ a ceteris discrepant.

---

[1]) l. l. pagg. 1046, lin. 4 ab imo — 1047.

[2]) l. l. pag. 220.

Sequitur, ut de singulis poetis dicam.

De iis generibus, ubi est cæsura semiseptenaria [1]), non multis verbis necesse est disputari. Nam neque multum interest inter singulos poetas et, si apud quem aliud genus rarius est exspectatione, aliud solet spissius esse. Ut in Fastis Ovidii exspectatione rariora sunt exempla generis *Ad*, spissiora generis *Ae*. Et apud Lucanum nullum exstat exemplum generis *Ad*, multa generis *Ae*. Contra apud Lucretium permulta sunt exempla generis *Ad*, unum generis *Ae*. Quam ob rem si differunt numeri, fortunæ et casui attribuito.

De generibus *Af* et *Ak*, quippe quæ valde ambigua sint minimique momenti, non est, cur verba faciam.

Genera *Ag*, *Ah*, *Ai* prorsus alieni generis sunt et ad hanc disputationem non pertinent. Id tamen animadvertendum est Ovidio, subtili illi versificatori, quæ ceteris omnibus fere displicuere, genera *Ah* et *Ai* non displicuisse.

De ceteris autem generibus accurate disputandum. Quo magis perspicua fieret tractatio, in unam tabulam retuli genera *Aa*, *Ab*, *Ac* [2]).

	Prob. num.: ver. num. = ? :1		Prob. num.: ver. num. = ? :1
Ennius	1,248	Horatius. Epistulæ I	1,16
Lucilius	1,89	» » II	0,94
Lucretius	2,42	Tibullus	1,73
Catullus	1,35	Lib. I	0,52
Cicero	0,669	» II	5,13*
Vergilius. Bucolica	1,335	» IV	0,57
» Georgica	2,76	Lygdamus	0*
» Æneis	1,74	Panegyricus ad Messalam	1,62*
Culex	4,92	Propertius	1,89
Ætna	4	Lib. I	1,2
Ciris	1,2	Libb. II, III	2,7
Horatius. Satiræ I	1,56	Lib. IV	1,68
» » II	1,2	» V	1,9

[1]) His adnumerandum genus *Bba*.

[2]) Memoria, quæso, teneas apud nonnullos poetas genus *Ab* aliquantum diversum esse a ceteris. Quærat quispiam, cur in hanc tabulam ea genera, ubi facta est elisio, non retulerim. Ad hæc ita respondeo: Genera illa, cum neque a generibus *Aa*, *Ab* *Ac* valde discrepent et, licet discrepent interdum valde, tamen adeo pauca sint exempla, ut ad rationem mutandam vix valeant, et ex magna parte ob diversa poetarum studia ambigua sint et incerta, ut nec necessarium nec satis cautum visum est in hanc tabulam inserere, ita, ubi opus erit, in tractatione commemorabo.

*) Nullum exstat exemplum; probabilem numerum attuli.

	Prob. num.: ver. num. = ? :1		Prob. num.: ver. num. = ? :1
Ovidius	6	Manilius	2,13
Amores	6,35	Gratius	2,38
Heroides	8,44	Calpurnius	1,59
Ars Amat. Rem. Am.	6,24	Lucanus	9,4
Fasti	13,5	Persius	1,35
Tristia	6,21	Valerius Flaccus	2,35
Epistulæ ex Ponto	6	Silius Italicus	1,26
Metamorphoses	3,53	Juvenalis	4,48
Consolatio ad Liviam	1	Martialis	1,16
Germanicus	2,28	*Omnes poetæ*	*2,04*

Antequam ad tractationem transgrediar, pauca præmonenda sunt.

Supra demonstratum est poetas exceptiones legis illius, ne quarti quintique trochæorum cæsuræ coniungerentur, additis encliticis vocibus leniisse. Sed et alia leniendi exceptiones genera sunt. Atque hæc visa sunt maximi momenti:

Primum venit a mollitiei aut celeritatis captatione. Exemplum quæsitæ mollitiei supra (pag. 44) attuli versum illum Tibullianum I. 9. 83. Celeritatem exprimere voluit Lucilius v. 865 ('surgamus, eamus, agamus'). Alterum venit a nominibus propriis quæ dicuntur et vocabulis græcis, tertium a coniunctione similium aut contrariorum verborum aut enumeratione et cumulatione [1]). Atque ceterorum generum exempla in ipso tractationis contextu afferam, tertii generis exempla melius visum est simul omnia enumerare. Sunt hæc fere: [2])

Ennius 253 ('veteresque novosque');

Lucilius 452 ('nec nosse nec esse'), 890 ('hic in stercore humi fabulisque fimo atque sucerdis');

Lucretius IV. 32 ('ultroque citroque');

Cicero fragm. III. 2 ('noctesque diesque');

Vergilius Buc. 6. 27 ('Faunosque ferasque'), 33 ('terrarum animæque marisque'): *Georg.* I. 118 ('hominumque boumque labores'), 325 ('sata læta boumque labores' cfr. 118); IV. 182 ('glaucos salices casiamque crocumque'); *Æn.* I. 94 ('terque quaterque'), 477 ('cervixque comæque'), 658 ('*faciem* mutatus *et ora*); II. 151 ('*dolis* instructus *et arte* Pelasga'), 305 ('agros — sata læta boumque labores' cfr. Georg. I. 325), 530 ('ante *oculos* evasit *et ora* parentum'), 743 ('natumque virumque'); III. 459 ('fugiasque ferasque'); IV.

---

[1]) Cfr. Luc. Mueller l. l., pagg. 139 sqq.

[2]) Facile concedam nonnulla ex his exemplis esse dubia.

58 ('legiferæ Cereri Phoeboque patrique Lyæo'), 521 ('iustumque memorque'), 558 ('vocemque coloremque Et crines — et membra decora iuventa') 651 ('fata deusque'); V. 55 ('ad *cineres* ipsius *et ossa* parentis'), 766 ('noctemque diemque' cfr. Ciceronianum exemplum); VI. 892 ('fugiatque feratque' cfr. III. 459); VII. 101 ('vertique regique'), 178 — 180 ('Italusque paterque Sabinus — — Saturnusque senex Ianique bifrontis imago'), 247 ('sceptrumque sacerque tiaras'), 665 ('tereti— mucrone veruque Sabello'), 754 ('cantuque manuque'); VIII. 94 ('noctemque diemque', cfr. V 766), 206 ('scelerisve dolive'), 433 ('currumque rotasque'); IX, 490 ('terraque marique'); XI. 328 ('numerumque modumque'), 652 ('arcus et arma'), 775 ('chlamydemque sinusque'); XII. 472 ('vocemque et corpus et arma'), 600 ('causam — crimenque caputque malorum'), 833 ('victusque volensque');

Ciris 279 ('casusve deusve' cfr. Æn. IV. 651);

Horatius Sat. I. 8. 17 ('furesque feræque'), 50 ('risuque iocoque'); 10. 27 ('patriæque patrisque'); *Epist.* I. 2. 15 ('seditione dolis scelere atque libidine et ira'); 6. 36 ('uxorem cum dote fidemque et amicos'); 7. 72 ('dicenda tacenda'), 85 ('dextramque deosque'); 16. 20 ('sapiente bonoque'), 57 ('*omne* forum — *et omne* tribunal'); II. 1. 50 ('et sapiens et fortis et alter Homerus'); 2. 126 ('delirus inersque'), 180 ('gemmas, marmor, ebur, Tyrrhena sigilla, tabellas'); 3. 11 ('petimusque damusque'), 16 ('lucus et ara'), 96 ('pauper et exsul'), 387 ('discive trochive');

Propertius III. 13. 15 ('*ossa* tibi iuro per matris *et ossa* parentis');

Ovidius Am. III. 6. 93 ('pluviamque nivesque'); *Her.* 12. 65 ('petit altera et altera habebat'); 19. 233 ('meique tuique'); *Fasti* VI. 47 ('Sparten — Argosque measque Mycenas'); *Epist. ex P.* IV. 5. 11 ('qui sitis et unde'); 12. 23 ('duxque comesque'); *Metamorph.* III. 554 ('neque bella — nec tela nec usus equorum'); IV. 766 ('cultusque genusque');

Consolatio 239 ('Clothoque duasque sorores');

Germanicus 578 ('Quod cadat aut surgat summove feratur in orbe');

Manilius I. 763 ('terræque marisque' cfr. Æn. IX, 490); II. 79 ('maiusve minusve'); III. 142 ('tempusve genusve'), 396 ('noctemque diemque', cfr. Æn. V. 76);

Persius 3. 117 ('dicisque facisque');

Valerius Flaccus I. 208 ('vittamque comamque'), 350 ('Zephyrumque ratemque'), 487 ('scuta virosque'), 755 ('flagrantes aras — vestemque nemusque'), 845 ('thiasique chorique'); II. 14 ('velumque fretumque'), 123 ('scelerisque dolique' cfr. Æn. VIII. 206); III. 120 ('vina dapesque'), 370 ('castiganda duci vultuque premenda sereno'); IV. 654 ('remumque locumque'); V. 575 ('terræque marisque' cfr. Manil. I. 763), 650 ('strepitumque minasque'); VIII. 46 ('linquo domos patrias te propter opesque meorum'), 86 ('linguaque manuque' cfr. Æn. VII. 754);

Silius I. 303 ('scita patrum et leges et iura fidemque deosque'), 604 ('noctemque diemque' cfr. Manil. III. 396); II. 31 ('portisque focisque'), 690 ('stabulique gregisque');

III. 214 ('deusque soporque'), 625 ('nate deum divosque dature'); VII. 8. ('arma virosque' cfr. Æn. I. 1 et Val. Fl. I. 487), 172 ('pes dexter et hora'); IX. 295 ('Mavors — Apollo — Vesta — Amphitryoniades — Cybele *Indigetesque dei Faunusque satorque Quirinus*'), 505 ('et miles et arma tubæque'), 555 ('lituique tubæque Vulneraque et sanguis et clamor et arma'), 559 ('equitemque virosque ferasque');

Martialis I. 14. 1. ('lususque iocusque' cfr. Hor. Sat. I. 8. 50); 20. 3 ('ventre gulaque'); 31. 7 ('dominusque puerque'); 76. 9 ('serta lyrasque'); II. 22. 1 (Phoebe novemque sorores' cfr. Consol. 239); 30. 3 (felixque vetusque'); III. 68. 5 ('vina rosasque'); IV. 31. 1 ('dicique legique'); VI. 34. 5 ('vocesque manusque' cfr. Val. Fl. VIII. 86); 35. 5 ('vocemsitimque'); 64. 25 ('vivet et hærebit totaque legetur in urbe'); VII. 71. 1 ('Ficosa est uxor ficosus et ipse maritus'); VIII 35. 5 ('iuvenesque senesque' cfr. Ennius 253); 56. 19 ('et arma virumque' cfr. Sil. VII. 8); IX. 3. 11 ('Alciden Phoebumque piosque Laconas'); 48. 7 ('populumque patresque'); 66. 1 ('formosa, pudica, puella'); 67. 5 ('ridensque rubensque'); 71. 9 ('pecudesque feræque'); X. 58. 11 ('nocte dieque' cfr. Sil. I. 604); XI. 8. 9 ('cosmi alabastra focique deorum'); 70. 3 ('blanditiæ nec verba rudesque querellæ'); 83. 1 ('dives et orbus'); XII. 11. 7 ('timidumque brevemque libellum'); 38. 1. ('noctesque diesque' cfr. X. 58. 11); 47. 1 ('difficilis facilis, iucundus acerbus es idem'); 64. 1 ('facieque comaque'); 72. 5 ('tisanamque fabamque'); 96. 1 ('vita fidesque'); XIV. 1. 11 ('Thebas — — Troiamve malasve Mycenas').

Apparet delectatos esse hoc genere poetas et quidem maxime Vergilium in Æneide, Horatium, Valerium Flaccum, Silium Italicum, Martialem. Sæpe et quarti et quinti trochæi cæsuræ post voces encliticas incidunt. Quo sine dubio factum est, ut apud nonnullos poetas, qui alioquin non adhibuerunt has voces ad leniendas exceptiones, opinione plura coniunctarum cæsurarum exempla in iis versibus exstarent, ubi cæsura quarti trochæi post encliticam vocem incideret, ut Vergilium in Bucolicis, Horatium in Satiris, Martialem.

Satis videor mihi viam muniisse.

Supra (pagg. 10, 11 in nota) demonstratum est antiquiores poetas, excepto Ennio, *Lucilium*, *Lucretium*, *Catullum*, *Ciceronem*, et in primo quemque libro *Tibullum*, *Propertium*, *Horatium* — quamquam Horatius in hac re ceteris liberior est — hexametros post quartum trochæum raro incidisse. Apud hos, excepto Lucretio, lex [1]) nondum stabilita videtur. Scilicet, quamdiu vitatur cæsura quarti trochæi, fieri non potest, quin coniunctarum cæsurarum exempla, licet non consulto vitetur hoc genus, tamen adeo rara sint, ut et eos, qui scribunt, et eos, qui legunt, facillime fallant neque animadvertant homines ea minus bene sonare. Quo factum est, ut antiquiores poetæ nullis fere terminis ius suum circumscriberent, quominus sibi cæsuras

---

[1]) Memento me, ubicunque de *lege* verba faciam, illam dicere, ne coniungantur cæsuræ quarti quintique trochæorum.

coniungere liceret. Quamquam in tanta exemplorum paucitate nonnulli ambigui sunt poetæ. Ut exemplis Tibulliano et Ciceroniano non deest sua venia. Nam in Tibulliano est mollities quæsita (cfr. pag. 44), in Ciceroniano contraria verba coniunguntur et — utrum consulto necne, incertum — post encliticam vocem incidit cæsura quarti trochæi. Apud Lucilium rara sunt exempla generum *Aa*, *Ab*, *Ac* et v. 865 quæsitum videtur genus *Aa* ad celeritatem exprimendam ('surgamus, eamus, agamus'). At sunt singula exempla generum *Baε* et *Bbι* et vix negarim veram esse emendationem v. 891. *Ennius* nec sermonem post quartum trochæum incidere nec cæsuras coniungere dubitat. Exemplis vv. 113 et 510 venia parata est, ex paroemoeo illi, huic ex nomine proprio. vv. 48 ('repente recessit') et 170 ('repente cruentant') celeritatem fortasse affectat poeta. Demonstrari igitur non potest hos poetas cæsuras quarti et quinti trochæorum coniungere noluisse. Contra verisimile est iis omnino non curæ fuisse legem. *Lucretius* vero duabus rebus insignis, quod et legem studiose observat et ad licentiam admissam leniendam encliticas voces consulto addit. Sunt singula exempla generum *Baα*, *Baϑ*, *Bbγ*. Sed ad rationem immutandam non valent, cum præsertim in uno ex iis (III. 612) addita sit vox enclitica.

Vergilio præeunte cæsuram quarti trochæi vitare vulgo desiere poetæ. Iam vero fieri non potuit, ut oculos auresque diu falleret hoc genus. Atque *Vergilius* in Bucolicis nondum excultam artem præbet. Nam nec legis rationem habet nec enclitica verba consulto adhibuisse videtur. v. 7. 32 ex nomine proprio venia parata est, v. 1. 55 ('sæpe levi somnum suadebit inire susurro') fortasse ad mollitiem depingendam legem violavit. Sed in Georgicis repente alius factus videtur Vergilius: et legi severe obtemperat et exceptiones sæpe lenit encliticis vocibus. Quod sine dubio imitatione Lucretii, cuius constat fuisse studiosissimum, effectum est. Quod in Æneide paulo neglegentior est poeta, credo eum consulto ita egisse. Nam nec ingens opus et multis millibus versuum constans tam tersum esse debet et ad subtiliora artis præcepta accommodatum quam brevius opus, et in iis carminibus præsertim, ubi eiusdem generis versus continuantur, vel maxime varietati consulendum. Nec ulla magis hexametri pars timendum erat ne varietate careret quam clausula, severis admodum legibus astricta. His adductum causis verisimile est Vergilium legem minus accurate servare voluisse. At, quibus leniat exceptiones, encliticas etiam sæpius adhibet in Æneide quam in Georgicis. Multis exemplis parata est venia ex coniunctione, nonnullis ex nominibus propriis, Æn. VI. 474, VII. 45, IX. 386, X. 423, XII. 192. Interdum consulto legem violasse videtur, ut celeritatem videtur exprimere voluisse Æn. II. 379 ('trepidusque repente refugit'), 464 ('ea lapsa repente ruinam'), V. 167 ('et ecce'), VII. 27, XI. 493, mollitiem I. 749 ('longumque bibebat amorem'), IV. 101 (? 'traxitque per ossa furorem').

Scriptores *epylliorum Vergilianorum* cæsuram quarti trochæi satis caute adhibent. In lege observanda valde diversi sunt. *Culicis* et *Ætnæ* scriptores aliquanto severiores

Vergilio videntur, *Ciris* auctor neglegentior. Tamen duo ex iis exemplis, quæ in Ciri exstant, ex imitatione Vergilii fluxere (164, 279). Est unum exemplum generis *Bbγ*. In versu Culicis 67, si modo vera est lectio, a græco verbo exceptio orta est. Encliticæ voces videntur consulto adhiberi in his epylliis. Ex quibus colligitur, si modo in ista sententia refutanda opera conterenda est, Culicem a Vergilio adulescentulo non scriptum esse. Nam Ætnam et Cirim epyllia ei abiudicanda esse iam diu satis comprobatum est.

Horatius libertatem cæsuræ quarti trochæi a Vergilio oblatam cupide arripuit, noluit tamen novis vinculis constringi. Brevi præcidam: Rationem legis prorsus non habet, contra magis magisque augentur exempla et abundat iis cum Epistularum libri tum vel maxime Ars poetica. Num consulto encliticas voces adhibuerit, incertum est. Paucis versibus venit libertas ex nominibus propriis: Sat. II. 3. 11; Ep. I. 7. 46; II. 3. 56, 238 et græcis verbis: Ep. II. 1. 126, 234; 3. 87, 377, 387, multis ex coniunctione verborum.

Valde inter se differunt quartus et secundus libri *Tibulli*. Cæsura quarti trochæi sæpius admittitur in quarto libro quam in primo, in altero multo sæpius quam in quarto (vid. pagg. 9 et 10). Sed cum in quarto libro cæsuras coniungere non dubitet poeta — in omnibus autem versibus, ubi exstat cæsura quarti trochæi, huic cæsura quinti trochæi continuatur —, in altero libro nusquam legem violat. Quod sine dubio ex imitatione Vergilii factum est. Poeta enim, postquam de hac re cogitare coepit, quo excellebat sensu versus subtili, cum brevi intellexisset minus bene sonans esse hoc genus, statuit severe amovendum et pellendum [1]).

Apud *Lygdamum*, nimii fastidii poetam, cum cæsuram quarti trochæi prorsus respuat, exemplum violatæ legis frustra quæras. Scriptor *Panegyrici* satis caute adhibet illam cæsuram. Nulla est apud eum legis exceptio. Sed ob numerorum paucitatem, utrum consulto evitarit hoc genus necne, diiudicari nequit.

---

[1]) Pauca addere iuvat. In libro quarto trium generum elegias esse constat. Elegia XIII sine dubio a Tibullo scripta est nec est, cur elegiam XIV ei abiudicemus. Adiudicandæ autem ei sunt elegiæ VII—XII. Elegiæ II—VI fieri potest ut a Tibullo sint compositæ. Iam singula violatæ legis exempla sunt in elegiis V, VIII, XIII. Quam ob rem, si elegiæ II—XII non a Tibullo compositæ sunt, ut probabile est elegiam XIII prius esse scriptam quam elegias libri II, ita, cum illud exemplum fortuitum esse possit, nil potest pro certo statui. Sin elegiæ II—VI ei tribuendæ sunt, maxime probabile est librum II post librum IV scriptum esse. Nam quod ex carmine Horatii I. 33 statuerunt viri docti post Nemesim amatam esse Glyceram aliquam a Tibullo, fictum potest esse a poeta hoc nomen ad gratum verborum lusum efficiendum. Quamquam argumentis vix demonstrari potest, mihi persuasi Glyceram illam non diversam esse a Nemesi. Nec res discrepat. Namque et 'immitis' erat Nemesis et 'miserabiles' sunt elegiæ, quæ ad eam vel de ea scriptæ sunt, et prælatus est ab ea Tibullo rivalis nescioquis (II. 3). Nec, licet contra sentiant viri docti, dubito, quin Ovidius Nemesim hunc versum primi libri Tibulli (1. 60) 'te teneam moriens deficiente manu' in se transferentem non fuerit inducturus (Am. III. 9. 58), nisi revera Tibullus Nemesim supremo vitæ tempore amasset.

Procedo ad *Propertium.* Quem supra expositum est in primo libro et cæsuram quarti trochæi vitasse nec noluisse cæsuras coniungere. In ceteris libris augentur exempla cæsuræ quarti trochæi, minuuntur coniunctarum cæsurarum exempla et quidem in libris II, III numerus proportionalis idem fere est atque in Georgicis Vergilii, in reliquis idem fere atque in Æneide. Cum in cæsura quarti trochæi adhibenda tum in hac re Vergilium secutus videtur et initio Georgica tum Æneida imitando expressisse. Tamen in subtiliora Vergilii artificia animum non attendisse videtur. Neque enim usquam ad licentiam molliendam encliticas voces adhibet. vv. III. 6. 1, V. 5. 63 liberius habita sunt nomina propria, v. V. 11. 29 græcum vocabulum.

Sequitur, ut de *Ovidio* dicam. In omnibus carminibus diligentissime legi obtemperat, in Fastis ad artis fastigium pervenit. In ceteris carminibus, quæ elegiacis distichis conscripta sunt, satis sibi constans est ars poetæ — nam iis exemplis generum *Aa, Ab, Ac,* quæ sunt in Heroidum epistulis, addenda sunt singula generum *Bbδ* et *Bbι* (pagg. 26 et 27) exempla. In Transformationibus ad Vergilii similitudinem propius accedit. Scilicet varietati versuum magis consulendum erat in hexametris κατὰ στίχον compositis quam in distichis, ubi mixta genera afferunt varietatem. Qua in re maxime admirandum est iudicium illud exquisitum et morositatis expers Ovidii. Encliticas voces haud raro adhibet poeta, in Transformationibus spissius quam in ceteris libris. His versibus a nominibus propriis orta est libertas: Her. 7. 193; Epist. ex P. I. 3. 73; IV. 10. 27. Mollitiem numeri Her. 18. 197 ('stamina de digitis cecidere sopore remissis') captasse videtur poeta, celeritatem Fast. IV. 755 ('cadit præceps et calce feritur aselli') et Metamorph. III. 713 ('clamavit : adeste sorores!').

Gratius, quem nollem in tabulis post Consolationem, Germanicum, Manilium collocassem, Vergilium sequitur et encliticas voces sæpissime adhibet.

Contra scriptor *Consolationis ad Liviam* legem omnino negligit. Cum omnia fere incerta sunt in hoc carmine, tum ne id quidem diiudicari potest, utrum temere et inscitia hoc factum sit an data opera et potioris poetæ imitatione.

Ceteri omnes fere a Vergilio aut Ovidio pendent. Atque Ovidium et in hac re anxie sequitur *Lucanus.* Quid, quod Fastos Ovidii severitate æquat vel superat! vv. I. 231 et II. 390 liberius habita sunt nomina propria. Encliticas voces consulto adhibet poeta.

Juvenalis quoque modico interiecto intervallo Ovidium sequitur. Ex nomine proprio parata est venia versui 8. 72. Exceptiones legis encliticis additis vocibus crebro lenit.

Vergilium sequuntur *Manilius, Calpurnius, Persius, Valerius Flaccus, Silius Italicus,* eo discrepantes, quod genus *Ab* plerumque non vitant.

Atque severiores sunt *Manilius* et *Valerius,* quorum uterque voces encliticas etiam sæpius adhibet quam Vergilius. *Manilius* græci verbi necessitate victus bis (II. 520. 576) legem neglexit, neque ceteris exemplis, quinque exceptis, deest encliticæ vocis excusatio. *Valerius* paucis locis celeritatem affectasse videtur, ut VI. 108 ('exsilit ad lituos pug-

nasque capessit heriles') et supra ostendi multis exemplis ex coniunctione verborum libertatem venisse.

Laxiores sunt *Calpurnius, Persius, Silius Italicus.* Ex nominibus propriis hæ exceptiones ortæ sunt:

Calpurnius 5. 1;

Persius 2. 43;

Silius II. 429, 449, 569; III. 37, 359, 459; IV. 361, 376, 533; VII. 166, 199; VIII. 415, 520.

Forsitan celeritatem his versibus captaverit Silius: I. 578 ('roseasque movebat habenas'); II. 242 ('rotatque coruscum Mucronem'); IV. 218; V. 656; VI. 252, 319; VIII. 590; mollitiem his: I. 180 ('fessosque labore ministros'); VI. 395 ('illacrimante senatu Et matrum turba iuvenumque dolore profuso'); VII. 283; VIII. 113. Plura exempla afferre possum sed hæc ipsa, quæ attuli, ex magna parte incerta sunt.

Videmus Silium haud raro illum quidem sed plerumque non citra excusationem legem violasse.

In encliticis vocibus adhibendis Vergilium æquant fere *Silius* et *Persius,* superatur a Vergilio *Calpurnius.*

His poetis adnumerandus videtur *Germanicus,* quamquam nullum exstat apud eum exemplum generum *Aa* et *Ac.*

Martialis legem prorsus neglexisse videtur. At permultis exemplis ex coniunctione parata est venia, ex nominibus propriis his: IV. 24. 1; VI. 84. 1; IX. 29. 1; 73. 9; XII. 94, 3, ex verbis græcis: II. 88. 1; V. 10. 9, ex mollitie: VIII. 14. 3 ('teneri ploravit amica Catulli'); IX. 29. 11 ('sit tibi terra levis mollique tegaris arena'); XII. 17. 7 ('circumfusa rosis et nigra recumbit amomo'). In paulo plus centum exemplis quadraginta fere non carent sua excusatione.

Ex his apparet legem, cum semel stabilita esset, a longe plerisque poetis aut raro aut non facile citra excusationem legitimam violatam esse.

Hæc habui de cæsuris quarti quintique trochæorum hexametri apud poetas latinos coniunctis quæ dicerem.

Nil restat, quam ut ipse mihi gratuler, quod hoc opus, qualecunque est, laboriosum certe et arduum, tandem ad finem perduxi; atque hoc voto, o candide lector, finienda est commentatio mea, ut pervoluta ea si non 'recte tu quidem et vere' — quamquam oblector hac specula — at 'est istud quidem aliquid' mihi succlames!

Addenda et corrigenda.

Epica carmina Statii, quem doleo a me prætermissum esse, ad Transformationum Ovidii similitudinem proxime accedunt. In utroque carmine encliticas voces consulto addit poeta et quidem spissius in Achilleide quam in Thebaide.

Pag. 1, lin. 4 leg.: in clausula hexametri et secundo
» 2, » 7 » : Guilelmus Meyer
» » » 12 a fine leg.: Ovidium, Gratium; tum Germanicum Manilium, Calpurnium,
» 7, in nota leg.: seminovenariam
» 10, » » lin. 7 a fine leg.: Guil. Meyer
» 17, lin. 14 leg.: III. 37, 65,
» 23, » 1 a fine adde: Valerius Flaccus I. 153.
» 38, post lin. 7 a fine adde: Valerius Flaccus 0,51 1 0,51.
» » lin. 5 a fine leg.: 13,6 5 2,72.
» 45, lin. 10 et 11 leg.: Guilelmus